

tibus integro mense martio pium exercitum, quod in libro Romæ impresso continetur, cui titulus *considerazioni delle virtù del S. Patriarcha Giuseppe a dedicargli il mese di marzo*: indulgentiam trecentum dierum quolibet die, plenariam vero in uno dierum mensis ad arbitrium eligendo, quo confessi et sacra communione refecti, juxta mentem Sanctitatis Sua oraverint.

Nunc vero idem Sanctissimus, ut erga tantum celestem patronum devotio magis magisque augeatur, et illa precatio nis methodus facilius ac latius propagetur, in audi entia diei 27 aprilis 1865 habita ab infrascripto Cardinali Praefecto, clementer indulxit ut easdem indulgentias universi Christifideles lucrari possint, dummodo pium aliquod precum ac virtutum exercitum per integrum mensem martium peregerint, ad instar illarum quae mese maio in honorem B. M. V. solent persolvi, servato in reliquis tenore primæ concessionis. Voluitque Sanctitas Sua has indulgentias animabus fidelium defunctorum per modum suffragii posse applicari; et perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione valituras.

Datum Romæ ex secretaria S. C. Indulgentiarum die 27 aprilis 1865.

FR. ANTONIUS M. CARD. PANEBIANCO, *Praefectus.*

L. S.

A. COLOMBO, *Secretarius.*